

**Threnus, Quo Rector Academiae Rostochiensis, Georgius Dasenius, Math.
Professor ord. Ad iusta exequialia & sepulturam, Quam ... Virgini Annae Sophiae,
filiae ... Matrona Margareta Sibethen, ... Viri Jacobi Carmons, p.m. derelicta Vidua
fieri Hodie ad hor. med. prim. in templo Mariano ... invitat & cohortatur**

Rostochii: Pedanus, 1636

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747414432>

Druck Freier  Zugang




Dasenius, G.,
in A. S. Carmon.

R. 1636.

47





75.
T H R E N U S ;

Q V O
R E C T O R A C A D E M I E R O S T O C H I E N S I S ,

G E O R G I U S

D A S E N I U S , M a t h .

P r o f e s . o r d .

A d j u s t a e x e q u a l i a & s e p u l t u r a m ,

Q V A M
Honestissima, Pudicissima, & Castissima Virgini

A N N Æ S O P H I Æ ,

f i l i æ s u æ d i l e c t i s s i m æ

Optima & Honestissima Matronda

M A R G A R E T A S I B E T H E N ,

Integerrimi & Honestissimi Viri

J A C O B I C A R M O N S , p . m . d e r e l i c t a

V i d u a f i e r i

Hodie ad hor. med. prim. in templo Mariano
A c a d e m i æ n o s t r æ c i v e s o m n i s c o n d i t i o n i s o b s e r v a t & c o h o r t a t u r .



R O S T O C H I I ,

L i t e r i s V i d u æ J o a c h i m i P e d a n i , A c a d . T y p o g r .

A n n o M . D C . X X X V I .

THRENUUS

RECTOR ACADEMIAE ROSTOCKENSIS

GEORGIVS

DASENIUS, Magr.

Profel. ord.

Abjura exequialis & sepulchra.

OVAM

Honorificas Professuras & Cancellarias Virgines

ANNAE SOPHIAE

filiae sua dilectissimae

Opimus & Honorificus Praeceptor

MARGARETA SIBETHEN

Interpretrinis & Honorificis Viri

JACOBI CARMONS p.m. detestabilis

Vidua fieri

Hodie ad hoc, mecum in templo Martini con-
Aedificavit nostris civis omnia conditionis obsequiose iustitias
& coherant.



ROSTOCKII

Licet Vidua Joachimi Pedani, Acad. Typogr.

Anno M. DC. XXXVI



RECTOR

Academiae Rostochiensis,

GEORGIUS DASENIUS

Professor Mathematicum ord.



Ulgacitatis ac brevitatis vitae nostrae humanae passim se nobis offerunt & ostendunt exempla plurima. Statim enim ubi ex utero materno in hanc lucem editi sumus, fragilitatis nostrae specimen edimus, & miserae nostrae conditionis statum deplorare cogimur: & caeteris vitae partibus, tot &

tam mirabiles & ineffabiles, infirmitatis, morborum, curarum, aegritudinumque animi & corporis ac mortalitatis nostrae singulis horarum momentis, Casus incidunt, qui non lenimenta aut levamenta nostrarum calamitatum sed incrementa & avgmenta earundem important. Si enim ad singulos mortales mentem animumque quispiam converterit, in singulis profecto non reperiet aliquid quod maximopere appetere vel optare ausit. Fingat autem sibi aliquis bonam valetudinem, quae nunquam certa, firma ac perpetuo constans adest: congerat sibi honores, suas habent & patiuntur

A a

insidias;

insidias, insultusq; malevolorum: acquirat sibi divitias, sunt qui eas illi invideant, rodere, minuere, sibiq; attrahere, vel etiam in nihilum planè redigere studeant, vel & clam & palàm illas eripere moliantur: Si habeat potentiam, vel alias quas piam voluptates & mundi, quas putat, delicias & splendores, quibus alia multiplicia bona adherere possunt, nil tamen hæc cuncta stabile & firmum habent, sed omnia repentina & assiduam mutationem pati & expectare coguntur: nam in humanis consiliis ac viribus quæ posita sunt caduca & intereuntia existunt, & homini quid turpius aut foedius accidere potest, quàm quod è temporis & fortunæ mutatione pendere videatur. & secundo ejus cursu & statu sublevari, & diverso destaru deprimi & affligi? aut lætis rerum eventibus gloriam quærere, aut adversis luctum ostendere. Homini enim non mater sed noverca Natura, corpus fragile & caducum non modo tradidit, sed mutuo saltèm dedit, cujus animus in molestiis & labore anxius & in curis & timore humilis semper existit. Quapropter Deus immortalis immortalem Mentis partem attribuit, quæ quasi divinitus insitus & ingeneratus ignis sapientiæ & prudentiæ homini est; quam non extinguere, sed semper quasi sopitum fovere atq; augere tenemur, ne in miseriis & casibus humanis animus noster frangatur, sed continuo motu ad Deum defuncto, & solatia sibi à divino numine ejusq; verbo dato capiat seseq; erigat, ut in coelestem patriam, ex qua in hæc mundi molestias pervenerat, ascendat & sese conferat. Sive enim quis vitam longius produxerit, eò quoque plures angores & curas animi & dolores corporis, & o-

nera

nera ac molestias sibi sustinendas & p̄ferendas esse
experietur, quo autem citius quis ex hisce mundanis
ærumnis ad alteram vitam avocatur, certè is si non in
meliorem statum transferatur, deteriore tamen ex
pectare non timebit. animus namque ut Poëta scribit,
divinæ particula auræ, ad coelestis vitæ thronum pro
vehitur, Corpus verò sanguine & anima rationali, ac
spiritu vitali exutum sensus nullos superstites habet ac
retinet, ideoque nullas doloris causas perferre cogi
tur. Animus autem, qui vigeat, ac corpore solutus, &
ab omnibus malis liberatus, quid potest illa vita habere
jucundius, quid beatius, quid divinius? Unde quoque
maxima & certissima lætitiæ & voluptatis æternæ occa
sio exoritur. Hinc nihil aliud concludere aut argumen
tari possumus, quàm Mortem ipsam esse optimum re
medium, quo omnium dolorum ac molestiarum huma
narum terminum & finem quærere & adipisci possu
mus. Gorgias orator, multa ac grandi ætate ferè con
fectus, & mortis sepulchro valdè vicinus, interrogatus,
num etiam libenter, moreretur, Maximè vero, respon
diffe fertur, nam tamquam ex putri miseraque domo
lætusegredior. ò egregiam vocem, quam utinam sin
guli, qui hujus vitæ saturitatem quærunt, ejusque du
ros, miserabiles & intolerabiles, proplexosque casus
satis diu in se recidere senserunt, proferre & ex animo
dicere valerent. Quid namque præclarius dici potest,
cum cuncta illa mala, quæ hominem cotidie angunt,
premunt & torquent, mortis desiderio leniuntur, & fi
nem habitura sentiuntur ac deprehenduntur. Magna
quidem stultitia esset, si cœcorum more ambulare qui
spiam

Ipsam optaret, si in celebritate quadam, ac Solis lumine
versari posset, qui solitudinem tamen, ac tenebras quæ-
reret, & ubique locorum impingere & infinitos dolores,
sollicitudines, & perpetuas vitæ suæ misérias appetere
vellet. Mors siquidem nihil aliud est, quem remigra-
tio ad ipsum Deum & ad cœlestes & æternas omnium
beatissimorum sedes, in quibus cum nostris majoribus,
parentibus, uxoribus, fratribus, sororibus, liberis aliis-
que nobis sanguine junctis amicitiaque devinctis dulci
ac suavi colloquio uti æternaque felicitate sine fine frui
possumus.


Hujusmodi spe maxima & firma per totam vitam conti-
nue se sustentavit atque in vivo desiderio melioris vitæ ani-
mum suum recreavit & erexit piis & sanctis cogitationibus, me-
ditationibusque assidue ad Deum directis se pavit atque saluit
Honestissima, castissima, & pudicissima Virgo ANNA SOPHIA
CARMONS, quæ ex honestissimis & optimis parentibus, patre
JACOBO CARMON, Viro, dum in vivis erat integerrimo, &
eive hujusurbis optimo, matre verò honestissima ac modestis-
sima, ac omnium matronalium virtutum decore conspicua,
MARGARETA SIBETHEN, in hanc lucem edita est die 16.
Januarij, media quinta vespertina, anni incarnationis Christi
1619. Pater autem JACOBUS CARMON qui prudentia poli-
tica instructus erat, & consilio valebat maxime, ab amplissimo &
prudentissimo hujusurbis Senatu in Centumviratum electus
est, & moderatis suis consiliis per multos annos regimen publi-
cum gubernavit, anno verò 1631. die 29. Septembris qui ipsi
Michaeli Archangelo sacer habetur, ex hac in cœlestem civita-
tem transmigravit. Mater autem MARGARETA SIBETHA
adhuc, Dei beneficio superstes est, & turturis instar charissimum
suum p. d. amissum maritum, & hanc nimis maturè præmissam
filiam desolat, & sepelit lachrymis perfusa fidelibus ossa. Pia
autem hæc *Ungaria* duas reliquit Sorores, quarum major natus
MAR-

MARGARETA Decus ingens sui sexus, Clariss. & Excell. Viro
PETRO LAUREMBERGIO, artis Med. D. Experientif. & Poet
 fios Prof. celeberrimo, collegæ nostro dilectissimo in manum
 venit; Altera autem **CHRISTINA** honestissima & omnium
 Virginalium virtutum splendore decorata, desponsata est viro
 juveni honesto & candido **JOHANNI Buel** / aromatario indu-
 strio & probo. Superstes frater **JACOBUS CARMON**, p. d. patri
ἐμῶνυμος, Vir juvenis paternæ Professionis & artis assecla exi-
 stit, & Spartam sibi commissam fideliter ornat. Hæc autem piè
 defuncta virgo **ANNA SOPHIA** desponsata fuit Viro hone-
 stissimo & politissimo, civi & mercatori hujus Urbis eximio &
 Spectatissimo **DAVIDI Buel** / anni præteriti 1635. Mense Novemb:
 Ornata sanè erat tam anim virtutib. & dotib. ingenij excellen-
 tissimis, quàm corporis decore conspicua. Matri verò in omni-
 bus fuit obædientissima & morigera, ejusque in singulis operi-
 bus observantissima. Præter omnem verò opinionem & spem
 ægrotare cepit Mensis Junij die 20. & quidem cum febris conti-
 nua, quam Medici petechialem vocant, conflictata est, & licet
 nihil intermissum sit, quod ad averruncandum tam periculosum
 morbum faceret, tamen vis morbi vicit efficaciam medicamen-
 torum, donec tandem invalescente morbo animam Deo reddi-
 dit die visitationis Mariæ, qui fuit 2. Julii, cum biduo ante ani-
 mam salutari pabulo corporis & sanguinis Jesu Christi pavisset.
 Atque sic in vera ad Christum fide erecta, inter horam 10. & 11.
 matutinam, cum annos ætatis 17. & paulò amplius in his terræ
 ærumnis consumpsisset, piè & placidè in Domino obdormivit.
 Cum etenim placeant Deo piarum animæ, maturè eas ex hac
 mundi caligine, ne pravorum exemplis depraventur, eripere
 solet. Re verà enim hîc nihil purum & sincerum existit, sed cun-
 cta illa, in quibus aliquid gaudij, ac voluptatis inesse nobis pro-
 misimus, sunt γλύκυπνεα, quæ plus mœstitiæ, pavoris ac crucia-
 tum, quàm gaudij, ac lætitiæ in se continent & nobis exhi-
 bent. Semper enim ἐν ᾧδρῶ ἐσθλὸν πηγυπα σὺν δύο θεοὶ δαίον
θεοπίσ. Quando autem ex hac tristi & misera fortunæ ser-
 vitute & *ἐμῶνυμος* excessimus, ad plenum pietatis, gravitatis, o-
 mni-

omni spurcicie levitate mundana & ludis scurrilibus aliisque vani-
tariis carens, spirituale & cœleste gaudium transvehimur: &
Dei contemplatione, amore & celebratione utimur & fruimur.
Ad quem Paradyfi hortum & perpetuum suum sponsum JESUM
Christum, hanc quoque Castissimam Virginem, Sponsam pudici-
cissimam transmigrasse, & ipsius perpetuo amore & lætitia se
recreate, & eundem in æternum in vera fide & gaudio amplecti
& exoculari firmiter credimus & asseveramus. Quia autem ca-
stissimæ & pudicissimæ hujus animæ Exuvie vestris Ecclesiæ
nostræ ritibus hodiè terræ mandandæ sint, iccirco omnes Do-
minos Professores, Ministros Ecclesiæ, studiosos juvenes ut ad
horam mediam primam in templo Mariano adsint, & suam er-
ga p. d. ejusq; familiam spectatissimam, Christianam Charitatem
ostendant, eiq; suo connitatu postremum honorem sepulchralem
exhibeant, obsequiosè oro & hortor.

P. P. Sub Sigillo Academiæ die 6. Julii ANNO
M. DC. XXXVI.







nera ac molestias sibi sustinendas &
experietur, quo autem citius quis ex
ærumnis ad alteram vitam avocatur,
meliorem statum transferatur, deter
pectare non timebit. animus namque
divinæ particula auræ, ad coelestis vi
vehitur, Corpus verò sanguine & an
spiritu vitali exutum sensus nullos su
retinet, ideoque nullas doloris causa
tur. Animus autem, qui vigeat, ac co
ab omnibus malis liberatus, quid pot
jucundius, quid beatius, quid divini
maxima & certissima lætitiæ & volup
tio exoritur. Hinc nihil aliud conclus
tari possumus, quàm Mortem ipsam
medium, quo omnium dolorum ac mo
narum terminum & finem quærere
mus. Gorgias orator, multa ac gran
fectus, & mortis sepulchro valdè vicini
num etiam libenter, moreretur, Maxi
disse fertur, nam tamquam ex putri
latus egredior. O egregiam vocem, qu
guli, qui hujus vitæ saturitatem quær
ros, miserabiles & intolerabiles, pro
fatis diu in se recidere senserunt, prof
dicere valerent, Quid namque præcl
cum cuncta illa mala, quæ hominem
premunt & torquent, mortis desideri
nem habitura sentiuntur ac deprehen
quidem stultitia esset, si cæcorum mo

A 3

esse
danis
on in
n ex
ribit,
pro
li, ac
bet ac
cogi
rus, &
abere
oque
occa
men
m re
uma
offu
e con
gatus,
spon
lomo
n sin
e du
casus
nimo
otest,
gunt,
& fi
lagna
e qui
spiam

